Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



asperitatem lenit: stomaco prodest. Sed
in colericis stomacis facile ad coleram
convertitur. Usus zuccharj apud sanos
est in confectionibus, et talem acquirit
virtutem: qualis est res cum ipso confecta.

¶ Zinziber in capitulo de aromatibus.

Animae passiones licet ultimo scri
bantur loco, digniores tamen existunt
ut attenciori solertia ab eaex impressio
nibus preservemur. nam multi compti
sunt quos magnus timor, aut ira, aut
intensum gaudium interemit. Cum ergo
mors sit ultimum terribilium, facilius
poterunt varie egritudines ex talibus
animae passionibus evenire. ¶ Ratione
insuper et experientia ex antiquis ac
cepimus multos morbos gaudio timore
et alijs similibus accidentibus curatos
fuisse. ¶ Inter ceteras animi passiones,
quas, aut fugere, aut sequi pro sanita
tis conservatione debemus, sunt gaudium
amor, desiderium. Ipes. misericordia: seu
compassio: audacia. tristicia. hodium.